UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Principia quibus probantur & stabiliuntur tituli & prærogativæ sanctissimæ Virginis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

# PRINCIPIA

## Quibus

### Stabiliuntur & probantur prærog[atiuæ] ſanctiſſimæ Virginis.

*S. Aug. lib. 3. de lib. arbitrio.*
*Albert. in Marial.*
S. *Tho. 3. p. q. 27. a. 1.*
S. *Dionyſ. apud Alb. l. cit.*

PRimum eſt D. Auguſtini: *Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, id ſcias feciſſe Deum:* ... matur tùm ab Alberto in ſuo Mariali, tùm à D. T... *Quod rationabiliter creditur,* inquit ille, *B. Virg...* *cedendum eſt.*

Secundum eſt D. Dionyſii: *Secundum ordinem hierarchicum perfectiones inferiorum habent ſuperiores cum excellentia;* ergò cunctæ perfectiones cr[ea]turis conceſſæ debent conuenire B. Virgini, ... periori ordine vnionis conſtitutæ, & cum ... lentia. Hoc idem principium approbat & ... ſon: *Quidquid perfectionis eſt in creaturis, tribu[endum est] B. Virgini formaliter, vel eminenter.*

*S. Aug. 9. ſerm. de Aſſumpt.*
*Gerſon to. 9 ſuper Mag.*
S. *Anſel. ſerm. de Aſſumpt.*
S. *Auguſt. apud Alb. cit.*
*Scotus diſt. 9. q. 1.*
*Suarez.*
*S. Bernardin. Ep. 174*

Tertium principium ex decentia & con... eſt S. Auguſtini, Gerſonis, S. Anſelmi & aliorum ... *Deus & decuit,* vt hanc vel illam gratiam ... Virgini; *ergò voluit & fecit.*

Quartum ſumitur ex non repugnantia ... guſtini: *Quod non repugnat, nec rationi, nec ... ctoritati, ab Eccleſia Mariæ eſt tribuendum* ... cipium tribuitur Scoto: *quod auctoritati ... Scriptura non repugnat, videtur probabile, ... tius ſit attribuendum Mariæ.* Idem princip[ium] ... bat & ſequitur P. Suarez: *Quod per ſe decet, ... nec authoritas obſtat, concedendum eſt B. Virg[ini].*

Quintum ab exemplo aliorum Sanctorum ... tur, & eſt S. Bernardini: *Quod vel paucis mor[talibus con]ſtat eſſe collatum, non eſt fas ſuſpicari tantæ Virg[ini] negatum.* Idem principium approbat S. T... Albertus: *Vt à nullo in nullo debeat ſuperari.*

Sextum principium deducitur à proportione medii ad finem, & eſt D. Thomæ: *Quod Deus eligit ad aliquem finem, ita præparat ac diſponit, vt inueniatur idoneum ad talem finem.*

S. Tho 3. p. q. 27. a. 1. Alb. l. cit.

Septimum fundatum eſt in maiori aut minori diſtantia à principio gratiæ, & etiam eſt D. Thomæ: *Quantò magis aliquid appropinquat alicui principio, magis participat effectum illius principii*; ergò cùm Virgo ſanctiſſima inter omnes creaturas propinquiſſima fuerit principio gratiæ, Chriſto videlicet, præ reliquis etiam participare debet eius gratia & priuilegia.

S. Tho. 3. p. q. 27. a. 4.

Octauum principium conſiſtit in proportione, quam habere debet diſpoſitio ad formam, & eſt eiusdem Angelici Doctoris: quemadmodùm enim in rebus naturalibus *datur tertia perfectio diſpoſitionis, formæ & finis*, veluti in igne eſt calor diſponens ad formam ignis, qui & procedit & naſcitur ab eadem forma, & conuenit igni in propriâ ſphæra; ita in Virgine conſiderare debent tres modi perfectionum & gratiarũ, prima perfectio eſt diſpoſitiua, ſecũda cauſata eſt *ex præſentia Dei in ſuo vtero incarnati*, tertia eſt gratia conſummata in gloria.

Nonum principium oritur ex exigentia gratiæ habitualis ſanctificantis animam, & quò hæc reperitur in gradu eminentiori, eò excellentiora ei debentur dona & priuilegia; ergò ſi in Virgine fuit gratia ſanctificans in gradu eminentiſſimo, quia, vt probat S. Thomas, non tantum fuit *ſecundùm infuſionem in animo, ſed etiam ſecundùm redundantiam in corpus, quia in corde eius amor Spiritus ſancti ſingulariter ardebat, ideò in carne eius mirabilia fiebant, vt ex ea naſceretur Deus & homo*: Inſuper continuit gratiam eo modo, quo eam habuit Chriſtus, videlicet, *per refuſionem in omnes homines*, eſto *non de condigno, ſed de congruo*, Quâ de cauſâ de B. Virgine dicitur: *Mille clypei, id eſt, remedia contra mala, pendent ex ea. Et in me eſt omnis ſpes vitæ & virtutis*; ergò & excellentiſſima ei debentur priuilegia.

S Thom. opuſc. 8.
Cant. 4.
Eccleſ. 24

Decimum principium refertur à Petro Galatino; eſtque fundatum in proportione & correſpondentia cauſæ materialis cum filiali; quia quò materia ordinatur ad nobiliorem finem, eò nobiliori ratione & modo diſponi

Petrus Galat. de Arcan. fid. lib. 7. ap. 6.

poni ac præparari debet: ita videmus, inqui...
xiam ordinatam ad formam ſenſitiuam nobilior...
eſſe diſpoſitam eâ, quæ ordinatur duntaxat ad...
vegetatiuam, & eodem modo diſpoſitio materi...
cipiendam animam rationalem nobilior eſt ei, ...
ponit ad formam ſenſitiuam; ergò cum corpus...
ſimæ Virginis eo fine formatum fuerit, vt ex...
illo conciperetur, naſcereturque Filius Dei, & ...
*lata Virgo concepta fuit non tantùm vt homo...*
*vt Mater Dei quoque foret*, dicendum eſt, ...
buiſſe diſponi ac præparari omni meliori modo...
cum plenitudine omnium gratiarum ac priuileg...

Vndecimum principium ſumitur ex compar...
*S. Tho. opuſc. 8.* gratiæ ad dignitatem Matris: quia omnes gra...
*parantur ad Maternitatem Dei*, *vt diſpoſitio...*
*prietates ad formam*, quę tametſi in infinitũ p...
nunquam tamen formæ perfectionem attin...
ſunt; ita pariter omnes gratiæ & priuilegia ...
te Virginis ſemper inferiora erunt.

Duodecimum pribilegium eſt perfecta ...
quam cuncti ſacri Doctores ſupponunt inter C...
eiusque Matrem; etenim ſicut Christus eſt ...
Matri in humanitate: ita è contra Mater eſt ...
Christo in Diuinitate, quantùm tamen ferre ...
ter creaturam & Creatorem; vnde affirmat ...
*Guerr. Ab.* Abbas Christum dixiſſe Virgini: Communi...
quod homo ſum, & ego communicabo tibi, ...
ſis. Et hoc perfectò competebat amori talem ...
inter & talem filium exiſtenti. Porrò ſimilitud...
telligitur *ſecundùm debitam proportionem*, ...
ea diſtantia, quæ eſt inter dignitatem Christi & ...
ſit quoq; inter gratiam Christi & gratiam Virg...

Decimum tertium, quia tota gloria, quæ ...
tribui poteſt B. Virgini, redundat in Christum: ...
*dubium*, ait S. Bernardus, *quidquid in laudibus...*
*S. Bern. hõ. 4. ſuper Miſſus eſt.* *proferimus, ad filium pertinere, & rurſum cùm...*
*filium, à gloria Matris non recedimus.*

Vltimum principium, quod & primarium ...
quorum omnium fundamentũ, eſt dignitas Ma...
Dei, quæ in ſuo genere eſt infinita, quia ma...
quam ſit filius Dei, dari nequit, & in ſuo ordine ...

eſt, quia pertinet ad ordinem vnionis perſonalis, cùm ad illam neceſſariò terminetur, ſitque in ſua virtute immẽſa; etenim quamuis phyſicè nonniſi quandam habeat relationem Matris ad Chriſtum, tanquam ad proprium filium; moraliter tamen conſiderata eſt principium & radix omnis gratiæ, cum *Deus* intuitu huius ei donauerit certum quoddam ius & dominium in omnia bona, & naturæ, & gratiæ & gloriæ.

Hæc ius & exigentia Maternitatis Virginis explicari ac declarari poteſt exemplo vnionis Hypoſtaticæ in Chriſto: quemadmodùm enim hæc phyſicè accepta aliud non eſt quàm formalis quædam communicatio, quâ perſona Diuina ſe communicat naturæ humanæ Chriſti; at moraliter conſiderata ſecundùm id, quod ei ex natura ſua conuenit, eſt radix & principium gratiæ; ad eundem modum cum proportione diſcurrendum eſt de Maternitate Virginis, videlicet, quod phyſicè aliud non reſpiciat niſi Chriſtum vt filium; at moraliter ad omnes ſe extendat gratias & priuilegia, quæ tali dignitati conuenire poſſunt. Poteſt inſuper hæc Virginis dignitas declarari eminentiori modo, comparando eam cum dignitate Dei, de qua ait S. Bernardus: *In hoc vno Verbo, ſcilicet (eſſe) in quo conſiſtit* natura & eſſentia Dei, *inſtaurantur omnia, ideò idem eſt Deo (eſſe) quàm omnia eſſe; vndè ſi hæc dixeris, nimirùm, eſſe bonum,* S. Bern. lib. 5. de conſid. c. 7. *magnum*, vti ſi hùic vocabulo ( *bonum* ) adiunxeris alia attributa in particulari, *nihil addidiſti; ſi non dixeris, nihil diminuiſti*: Simili modo & ratione dici poteſt de ſanctiſſima Virgine: *In hoc vno Verbo ſcilicet, Deiparâ, inſtaurantur omnia*, cunctæ continentur perfectiones; vndè *idem eſt Virginem Matrem Dei eſſe, & hanc omnia eſſe*, omnes videlicet, perfectiones conſequentes; quapropter *ſi hæc dixeris, nihil addidiſti* dignitati Matris Dei, *ſi non dixeris, nihil diminuiſti.* Propter eandem dignitatem alij ſacri Doctores eâdem ducti ratione attribuunt Beatiſſimæ Virgini hoc idem, quod verificatur ſolùm de Deo, aſſerentes dignitatem Matris Dei eſſe talem; *qua maius aliquid nec eſſe nec cogitari poteſt*, cum hoc tamen diſcrimine, quod dictum hoc abſo-

 lutè

lutè verificetur de Deo, de Virgine verò, (fid...
ergò dignitas Matris talis eſt, vt *non poſſit dari ma...*
*tari maius ſub Deo.* Idem dicendum eſt de reliq...
tiis & priuilegiis, quæ, modò eam deceant, com...
Virgini, & maiora iis, quæ propriè ei conueniunt...
la alia pura creatura haud reperiuntur.

Pro meliori eminentiæ dignitatis huius intellig...
S. Bern. to. 1 ponderat S. Bernardinus ſanctiſſimam Virgin...
ſerm. 61. a 2 duntaxat eſſe Matrem, ſed Matrem naturalem...
c. 2. ad quam igitur certa quædam æqualitas inter...
& filium, quemadmodùm, & eſt exemplum ca...
ris, vt ferrum ſit cauſa naturalis ignis, igni ſimil...
æquale fiat, neceſſe eſt, concipiendo intra ſe...
ignis naturam; ita Virgo ſanctiſſima, vt eſſet...
Mater Dei, eleuari debuiſſet *ad æqualitatem...*
*cum Deo*, & quia hæc æqualitas fieri haud p...
transformationem in eandem Diuinitatem...
*quandam quaſi infinitatam gratiarum & perf...*
Maternitas igitur Dei eſt ſumma quædam...
participatio attributorum & perfectionum D...
in quarum conſideratione affirmare non d...
guſtinus, hanc rationem ſufficere ad conclud...
ferendùmque in Virgine principatum ſupra...
quodcunque altiſſimum etiam priuilegium...
S. Aug. ſer. *debet*, inquit Auguſtinus, *notitia humana, ha...*
31. de Sanct. *turam Reginam Angelorum pro eo*, *quod Regi...*
*Angelorum.*

Ex dictis ſequitur, qualem de Virgine co...
beamus æſtimationem & opinionem, nempè...
ac naturæ humanæ conditionem excedente...
rando & contemplando eam, non velut ...
limitatam; ſed quodammodò infinitam & ...
non ratione duntaxat infinitatis & imme...
verùm etiam comparatione ſui, & ſecundum...
tam; non formaliter ſed virtualiter; quem...
de Sole aſſerunt, quod ſit virtualiter calid...
talis formaliter in ſe ipſo; ſed quia habet v...
ducendi calorem; ad eundem modum de Vir...
ctiſſima dicere poſſumus, quod habet ration...
immenſi, omnipotentis, non quod has perf...

ſeipſa formaliter contineat ; ſed quia habet virtutem concipiendi & pariendi infinitum, immmenſum, omnipotentem, puta, Verbum Diuinum, Filium naturalem Dei.

Prodeant, modò nonnulli erga B. Virginem aliàs deuoti; at nimis timidi & ſcrupuloſi in concedendis & amplandis eius laudibus, & communicandis ei gratiis & priuilegiis illis, quæ ſub Matris dignitate comprehenduntur, audiant, quid Archiepiſcopus Nicomedienſis, ſanctè & benignè eos corripiendo, contra eoſdem pronunciet: *Tu autem, O homo, noli de iis dubitare noli examinare rationem eâ, quæ ſunt incomprehenſibilia, vides inauditam naturæ innouationem, vides Dei Verbum modo ineffabili inhabitare in eius vtero, vides Paterno conſilio Spiritum in ea adumbrationem, & de his dubitas? nihil eſt dubium, ex his quæ ſunt caſtiſſimæ Virginis ex eius magnalibus nihil eſt, quod non ſit conueniens, omnia à veritate ipſa ſunt confirmata.* Vno verbo: ne dubites Virgini attribuere priuilegia minora, vbi ei conceſſa à Deo conſpicis priuilegia maiora, veluti, Incarnationem Verbi, obumbrationem Spiritus ſancti, & quod ſit vera eiusdem filii Mater, cuius Deus eſt Pater. *Georg. Archiep. Nicom orat. de oblat. B. V.*

Verùm, vt omnis, ſi quis adhuc eis ineſſet, è medio tollatur ſcrupulus, aduertendum eſt, vt benè etiam notat Caietanus, duobus modis nos poſſe aſſerere & affirmare aliquam veritatem; vno modo *affirmando aliquid tanquam certum & de fide, ita, vt contrarium ſentiens ſit Hæreticus*: alio modo, *affirmando aliquid tanquam probabile & piè credendum, ita, vt contrarium ſentiens non ſit Hæreticus*; quando igitur ſancti Patres & Doctores B. Virgini nonnulla attribuunt priuilegia, inter quæ illud quoque eſt, quod nonnunquam in vita intuitiuè viderit Diuinam eſſentiam, non primo, ſed ſecundo modo id affirmare & aſſerere intendunt, quemadmodùm etiam docet Gerſon, quod, vt B. Virgini tribuatur aliqua perfectio haud ſit neceſſarium, id ſit certum, & de fide; ſed ſufficit, *quod non ſit temerariè, vel impertinenter dictum; ſed pium & probabile*, & quod noſtras ædificet animas, & cauſa exiſtat, vt creſcamus in deuotione, reuerentiâ & charitate maiori erga B. Virginem exercendâ; vnde ex *Caietan. to. 2. opuſc.* *Gerſon to. 1. de declarat.*

doctrinâ *Doctoris* huius loco citato eruitur, quoties-
tiescunque aliquid affirmatur de B. Virgine, quod no-
ſtræ fidei non aduerſatur principiis, neque SS. Pa-
doctrinæ, id piè probabiliterque credi poſſe ad
dignitatis & excellentiæ Virginis incrementum,
ſtram ædificationem.

Prætereà aduertendum, tres perfectionum ſpe-
Deo conſiderari poſſe, quaſdam proprias Dei,
communicatas, nec communicabiles creaturæ;
communicabiles & communicatas; alias deniq;
communicatas, ſed communicabiles; quando
gitur de perfectionibus & priuilegiis ſanctiſſimæ
ni communicandis, non intelliguntur perfectiones
priæ *Dei*, non communicatæ, incommunicabiles,
à ſe, independens, infinitum, & ſimiles perfectiones;
que eſt ſermo de perfectionibus aliis Sanctis
municatis, etenim has omnes, veluti ſupra
batum fuit, B. Virgini concedendas eſſe,
omne dubium eſt. Solùm igitur ſermo eſt de p
nibus non communicatis, ex natura tamen ſua
nicabilibus, & de hiſce tota præcedit difficultas
beāt concedi & attribui B Virgini, & in hiſce
dum eſt iuxta principia ſupra poſita; neque
aliquid in particulari definiri poteſt, ſufficit
ſali aſſerere id, quod aſſerit Albertus. Sanctiſſimæ
ni communicatas fuiſſe cunctas perfectiones
ſuâ communicabiles, quarum, ſecundùm
modum operandi Dei, pura creatura capax eſt.

*Albert. in Marial.*

*Albert. l. c.*

## *De præſentia Virginis.*

VT exercitii & praxis huius præludium
dum eſt, præſentiam Virginis non vnicam
ſimplicem eſſe præſentiam; ſed compoſitam
nempè, ex præſentia Virginis, & ex præſentia
eſt præſentia Mariæ Matris Dei: ergò conne
as præſentias, & Mariæ tanquàm Matris,
quàm Filii: ſicuti in conſideratione Chriſti
ſideratur vna ſola natura humana, ſed vna
duabus naturis, humanâ & Diuina compoſita

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recipitur ſanctiſſimum Altaris Sacramentum, non recipitur duntaxat Chriſti corpus, ſed cum corpore Diuinitas Chriſti vnita corpori: Ad eundem modum quando contemplamur Virginem Matrem, haud eam ſeparare poſſumus à conſideratione Dei Filii, vndè habita præſentia Virginis, habebitur quoque præſentia Dei ei vnita, adeoque certo quodam modo ſecurior perſeuerantior, eſt præſentia Dei in Matre, quàm præſentia Dei ſôla, quemadmodùm fructus magis conſeruatur, ſi aſſeruetur vnitus & coniunctus plantæ, & gemma ſecuriùs poſſidetur vmboni annuli incluſa, quapropter S. Franciſcus in viſione illa duarum ſcalarum, quarum vna rubra, altera alba erat, vidit, quod, qui albam conſcendebant ſcalam, quæ figurabat deuotionem erga Matrem Dei, gradatim aſcendendo fœliciſſimè & abſque caſu attingerent ſcalæ terminum, vbi alii conſcendentes ſcalam rubram, quę figurabat deuotionem erga Paſſionem Chriſti, non perſeuerabant in aſcendendo, ſed retrocedebant & cadebant in terram.

Veritatis huius figura extitit Arca, quæ non erat ſeparata à propitiatorio Dei: Virga Ieſſe, quæ flori vnita erat, 2. *Reg.* vnde ait S. Bonauentura: *Si florem habere deſideras, virgam floris precibus flecte.* Hanc ob cauſam Sancti ſemper *Iſai.* 11. plurimi fecêre tanquàm rem magni momenti & commodi, vt in ſeruitio Dei continuam in ſe conſeruarent *S. Bona. in* memoriam & præſentiam præcelſæ genitricis & Matris *ſpec. c.* 10. Dei, quia eſt præſentia ſecum ferens aliam præſentiam, videlicet præſentia humana adducens ſecum Diuinam; ideoq; præſentia eſt ſatians animam, eamque adimplens ſummo ac infinito bono in præſentia & vnione cũ Deo.

Quotieſcunque, anima mea, gratiam hanc præſentiæ Mariæ Virginis adepta fueris, optimè dicere poteris: Venerunt autem mihi omnia bona mea pariter cum illa, quia ſi habueris præſentem Mariam, habebis præſentem Chriſtum: ſi Chriſtum, Deum: ſi Deum, ſanctiſſimam Trinitatem: ſi ſanctiſſimam Trinitatem, totam Curiam cœleſtem, Angelos, Sanctos, Paradiſum, gloriã & omne bonum, tibiq; inſerviet nunquàm ſecura arrha, qua mediante per viam fidei attinges aliam præſentiam in æterna gloria: *Fœlices Angeli*, exclamat S. Petrus Damianus, *qui B.V. habent præſentiam, nos memoriam* *S. Petrus Dam. ſerm.* 1. *de Nat.*

*& ſi dulcis memoria, quid erit præſentia?* intim...
S. Petrus Dam. ſerm. 1. de Nat. — *mur nos ſuauitate memoriæ, donec dulcedine* ...
*tiemur.* Hoc ſuppoſitâ veritate tanquam ...
duas præſentia Virginis continet partes, ...
dicitur præſentia intellectiua, alteram, quæ affe...
citur; quantum ad primam, ſanctiſſimam Vir...
præſentem nobis imaginari debemus quomodo
eandem deſcripſit S. Ioannes in Apocalypſi, mu...
ſtat veſtitæ Sole, quæ Lunam habeat ſub pedibus ...
ius caput ſit coronatum ſtellis; Sol eſt Diu...
Luna eſt tota rerum creatarum vniuerſitas, ...
nio & imperio ſubiecta, & corona ſtellarum ...
priuilegiorum à ſanctiſſima Triade commun...
prætereà conſidera, quâ ratione præcelſa hæc ...
Domina manu teneat calicem aureum pur...
tioſiſſimo Filii ſui ſanguine repletum, quem ...
terno Patri in noſtræ ſalutis pretium; contem...
ſuper, quomodo ſanctiſſimæ Virginis throno ...
bilis aſſiſtit Angelorū caterua & multitudo ...
diuerſa pulſent inſtrumenta muſica, ſuauiſſ...
tent vocibus tùm Virginis Matris, tùm Chri...
S. Bonau. Pſalt. B.V. — des & encomia, vnus chorus præcinat: *San...*
*ctus, Sanctus Dominus, Deus exercituum;* ...
nat & reſpondeat: *Sancta, Sancta, Sancta Ma...*
*nitrix, Mater & Virgo.* Denique oculos de...
terram circumſpice, quomodo cunctæ crea...
nua humillimè prouolutæ ſanctiſſimæ Virg...
cent gratiam, ſanguinisque Filii eius implor...
pationem, dicentes: *Famulis tuis ſubuenis* ...
*tui Sanguine redemptis.* Et hæc de præſenti...
ua & imaginatiua Virginis dicta ſunto, de affe...
diſſeramus.

Varii nobis exercendi ſunt affectus erga ...
Dei Matrem, & in ſpecie actus laudis, quales ...
in cœlo, iuxta conſilium S. Bonauenturæ: ...
S. Bonau. — *à laudibus eius, & per ſingula momenta* ...
Et hæc laus varia ac multiplex ſit, oportet; ...
*benedictionis, per modum attributionis, per* ...
*tionis per modum directionis & inuocationis.*

Quò ad primum, benedicere debemus, ...

Carthuſianus, omnibus membris, ſenſibuſque ſanctiſſimi corporis Mariæ Virginis, cunctis potentiis animæ, in quantum omnes ineffabili charitate & amore dedêre ſeſe, ac mancipauere obſequio Christi Domini. Beatiſſimis oculis Mariæ venerabilem venuſtumq; Christi vultum toties ſpectantibus, Beatiſſimis verbis & ſermonibus Beatiſſimo eius collo, quod puerulus IESUS toties, quoties lac ſugebat, amplexatus fuit, & eodem modo diſcurres de aliis partibus & corporis & animæ Virginis. *Carthuſ. lib. 1. c. 18.*

Secundus modus laudis eſt per attributionem, veluti explicat Gerſon. & dictum eſt ſuprà, attribuendo S. Virgini cunctas creaturarum perfectiones, aut formaliter, aut eminenter. *Gerſon ſup. Magn. tract. 4. notul. 1. & tract. 3. notul. 1.*

Tertius modus per viam inuitationis eſt, quando inuitamus & exhortamur omnes creaturas ad laudandam & magnificandam potentiſſimam Dei Matrem, veluti eamdem Reginam & Dominam: *Benedicite omnia opera Dominæ glorioſæ, laudate & ſuperexaltate eam in ſecula. Benedicite Angeli Dominæ noſtræ, laudate & ſuperexaltate eam in ſecula. Benedicite cœli Dominæ noſtræ, laudate & ſuperexaltate eam in ſecula.* Et eodem modo procedes diſcurrendo per alias creaturas. *S. Bonav. in Pſ. B. V.*

Quartus modus eſt, cùm omnia, quæcunque facimus, dirigimus referimusque ad laudem & gloriam Virginis Dominæ noſtræ.

Quintus & vltimus modus eſt, quando eam cum ſanctiſſimo ſuo nomine ſemper in omnibus noſtris actionibus & operibus inuocamus, & ad ipſam in cunctis noſtris neceſſitatibus recurrimus. Et hæc de præſentia affectiua.

Capiti huic coronidem imponam expoſitione cuiuſdam figuræ præſentiam Virginia appoſitè innuentis, ex qua melius percipietur, quantæ vtilitatis neceſſitatisq; ſit dicta præſentia.

Populo Hebræo in diſerto commoranti, & per deſertum iter agenti mirabilis Dei Prouidentia ſubminiſtrauit quandam columnam, quæ ſimul erat *columna nubis & ignis* hæc Populo tria exhibebat, obibatque munia & officia, Ducis videlicet, Oraculi, & Protectionis; pri- *Exod. 13.*

primò etenim præcedebat commonſtrans iti...
procedebat, proſequebatur & Populus, cùm ve...
bat, conſiſtebat & Populus: *Ad imperium Domi...*
*ficiſcebantur, & ad imperium Domini figebant...*
Secundò Deus ex columna reſpondebat dubi...
Pſal 93. rentibus ac petitionibus ipſius Moyſis: *In columna...*
*loquebatur ad eos.* Denique nubis inſtar & ...
de die protegebat populum à calore Solis, qui ...
to Arabiæ ardentiſſimus eſt; & veluti ignis ...
bat noctē, è cõtrà verò obtenebrabat obcæcab...
ptios inimicos, & hanc Deus Populo Hebræo ...
Prouidentiam; aſt longè maiorē Populo Chriſti...
monſtrat, dando nobis in Ducem Oraculum ...
ctricem, non nubem & ignem, ſed ipſammet M...
am, cuius formæ iſtæ materiales & corpore...
ſymbolum & figura, vt igitur Diuinæ ac ...
Altiſſimi cooperemur Prouidentiæ, continua...
tiam Virginis, vt conductricis noſtræ, itiner...
ducis & comitis per inuium Mundi huius de...
cœlum vſque promiſſum conſeruare debemus...
& quies noſtra, cunctæ noſtræ actiones fieri ...
nutum, ad voluntatem, *ad imperium Dominæ, ...*
*Dominæ* & Reginæ noſtræ, & in quacunque re ...
ficillimâ ad nos roborandos animandosque ...
ciat: *eſt Imperium Dominæ*, ita præcepit Regina ...
talis eſt voluntas Virginis.

Secundò, hæc præſentia tibi inſeruiet pro O...
quia, vt ſuprà diximus, præſentia Virginis ...
eſt à præſentiâ Dei; ergò quotiescunque in ...
dubiis tuis conſule Virginem, in ea, & per eam D...
que reſponſum recipies, & obtinebis.

Denique Diuina hæc præſentia erit protecti...
nubis inſtar in te mittigabit calorem concupiſ...
inſtar ignis accendet te in amorem Dei, quam ...
tua erit te protegendo, tàm terribilis erit D...
infernalibus tuis hoſtibus, eos in fugam con...
do, eorumque conatus deſtru-
endo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN